

qui ad usum Ecclesie sue tam fuit in re munificus: facitq;  
 ut his ipsius bonis ad ipsius sacro-sancti nominis gloriam  
 et Ecclesie tot modis intus et foris oppugnata defensionem  
 quam maximo cum fructu magis ac magis uti pergas. Bene  
 vale, Mi suavissime Frater. D. Jesus Tibi vobisq; istis  
 omnib; fideis in domo sua operatus magis ac magis be-  
 nedicat. Geneva 26. Maji vetere calculo 1595.  
 Tuus Beza.

[Vn David Pareus?] 268/

D. Theodoro Beza Ecclesiasta Genevensi

Salutem à Domino Jesu. Cum senile. iudicium tuum, Pater  
 in Christo venerande, Ecclesia merito suspiciat, et omnes pluri-  
 mi faciant, nec ego immerito laboris, liquet in Calvino Ortho-  
 doxo scribendo hausi hunc fructum magnificis, quod gravissi-  
 mo calculo tuo eam comprobare non dubitasti, tanquam  
 magnam, sanctam, et necessariam tuenda veritati operan-  
 tis, me navatam. Faxit celestis Pater, ut votis nostris suc-  
 cessu cum uberrimo Ecclesie fructu respondeat, et aliquando  
 ab infaustris his certaminib; respirare; ad meliorem verò  
 magis auspiciata utilioraq; studium nostram traducere nobis  
 liceat: sed nondum hoc Furia iste patiuntur. Jam enim Ad-  
 versarij Pseudo-Calvinum suum vernaculo sermone in  
 vulgus disseminavit, nempe ut suis calumniis nostros Germanos  
 penitus imbuat, et fortius in veritatem concitet. Hactenus  
 enim stentores illi passim in cathedris totas conciones de  
 novo hoc Judaismo deblaterant, Latina Germanicè red-  
 dentes. Quid nunc doctos pariter et indoctos facturos putamus?  
 Furat sanè et fascinet suos, ut volent Satan; nunquam effi-  
 ciet, ut mendacium fiat veritas, et ad illud aures advertant ii,

quos Pater coelestis dedit Filio, ut vocem eius audiant. Si nostris ita  
placuerit, orthodoxum Calvinum vernaculam faciam, et ipse pro  
terminis *Ἐκρησποδογίας*, quae vulgi captam excedere videbuntur.  
In quem usum Te, Reverende Pater, reliquosque fratres istuc rogatus  
velim, si quae argumenta popularia de libertate et varietate  
interpretationum ex Patribus vel etiam recentibus interpretibus  
observata vobis sint, quae me prius effugerint; maxime autem  
si quae ad personam et rationes D. Calvini spectantia habe-  
ant, instituto huic profutura, ea mecum ita communicare ne-  
gravesimini. Adversus ille Helvetius haecque mare et arida  
pererravit, *ἄποδύ*, *ἄριστος καὶ ἀδούλω* iustae Dei vindictae  
jam caput in spes novas erigere incipit, Rostochiensum  
ajunt: qui portentis eius calculum addiderunt, atque Erfurten-  
sium presidio; cum his fuit Francofurti: Nihil diem unum  
istuc moranti hominem videre non licuit: nec pagella, quae  
in Hunniam suam egi, ac meum adversarium enisit, tunc  
fuerant allata. Nuper Torga duo diaconi, alter Hunniamque  
alter Huberiam in templo altercati de praedestinatione, a vo-  
bis ad verbera venerunt, adeo acres sunt isti disputationes.  
utergo depositi fuerunt. Hunniam vero gratiam sui ante  
signari restituit. Nimirum igitur Pelagianum illud incendium  
nuper sopitum si denovo erumpet, vah quantum Ecclesiae deva-  
stabit! Plausibile enim et amabile vulgo est dogma de om-  
nibus praedestinatiis, et de bono usu liberi arbitrii in manibus  
nostris sit. Liceat nobis interim *Χρῆσιμα διδάσκων καὶ  
ἰδὲ πρᾶτων*, dum isti Adami fratres perfidiam eorum  
atque insolentiam sic bene ulciscente Nemese, se mutuis vul-  
neribus conficiunt. Illustrissimus noster valet, et Ecclesiae  
res mediocriter habent. Deus halcyonia diu nobis seruet.  
Vobis de bello e vicinia Burgundiae alioquin translato gra-  
tulamur.

salamur. Ex Ungaria nunciatur de recuperato Strigonio et  
 de aliquot cladibus Turcarum. Facit exercituum Dominus,  
 ut gratis pectoribus tanta beneficia nostri homines agno-  
 scant, et de hostibus intestinis longe seivioribus horribili ido-  
 lomania profano contemptu verbi divini, superbia, luxu,  
 odiis et distractionibus mutuis, qui domi nos vexant, proflin-  
 gendis subigendis, serio cogitent. Vale Sater in Christo ve-  
 nerande, et mihi plurimum dilecte. Dominus Jezu te benigne  
 confirmare, et nobis diu conservare pergat. Heidelbergae.  
 XVI. calend. Octobr. Anno M. DVC.

269/  
 Carissimo Viri Casparo Laurentio Professore Genevensi.  
 Salutem à Domino Jezu. Grata mihi cumprimis est Tua Vir  
 Carissime, in me benevolentia testificatio singularis, non ver-  
 bis solum, sed et symbolis additis confirmata, quam tibi persuadeas  
 velim mutua benevolentia officii me constanter esse con-  
 pensaturum. Lucepi et perlegi cum voluptate Consensum tuum  
orthodoxum, ad quem sane, utinam adversarii Pontificii et  
 alii oculos et animos fortius intenderent. Estat non distinctis  
Conciliatis Weithemeri, Tiguri Anno LII. edita; verum tu ad  
 pauciora capita articulos controversos revocasti, et in super  
 Epilogiarum recentium Confessionum laudabili studio adjecisti.  
 Habes iudicium meum. Perge igitur pro epimia eruditione  
 Tua Ecclesie monstrare viam pacis in veritate, et refellere  
 calumnias exprobrantium, tot esse doctrinas Eclesiarum  
 Reformatarum à scriptura, ab orthodoxa antiquitate, et  
 à sese discrepantes, quot hodie confessiones extant. Neg ta-  
 men unam et alteram notam pro amicitia nostra dissimulabo.  
 Opera pretium fuerat nonnullos articulos, in quibus plura sunt  
 controversa, membratim proponere, ut magis liqueret, in  
 Gallia editione, quam polliceris, faciendum. Operam darem,  
 quò aliquando in nostrum idioma etiam converteretur.